

### Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

### Cabilliau, Baudouin Lovany, 1642

Imago aurea 5. Eximia in Ioanne Sanctimonia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70001

flores mortuos, & loca putida, prafertim homines in libidinem, si propius ad aluear accesserint, suis configunt apes aculeus, nec odorem talium serunt. Talis omnino Ioannes, qui exsors peccati, saltem pure natus est, si non conceptus. Et vt apis impura hominum vitauit commercia; cui slos pudoris illibatus, & cui ceu api, sed cœlesti, mel agreste cibus.

2. Fucus, api insidiatur vel maxime, eius fa labores depopulatur. Vti & Herodes Ioannis pias curas

prapedyt, & tantam pietatem carcer inclusit.

3. Apium & exeo corona, funebre Gracis singnum è Plut. in Dione. Caterum vt viuax apium perennat (teste Horatio) ita perennis è mortis gloquià corona euirescit.

#### Imago aurea 5.

# Eximia in Ioanne Sanctimonia.

1. 2. Phosphorus irradiat è calo; sub quo virgo.

3. Sol incipit parum oriri, vnde

4. Radius in serenos oculos Virginis defluit.

5. Corona imperatoria, dispuncta

6. Vnionibus, & pyropu ; cui insistie

7. Pivilomela,

8. Transfixa sagittà.

9. Adamas in fronte maximus.

10. Oculi sereni & seueri.

11. Rosa in ore, melle sparsa:

12. Apes insident. In

13. Humeris ala argentea.

Iv

¥4. Dexte-

14. Dextera prnam stellatam aquariam innergit

15. In flores arescences.

16. Laud lampas pulcherrima, caque aurea, gemmisque distincta pralucet.

17. Torques aurea contexta apibus, & locustule qua monile, cum aureo vellere, dependet.

18. Zona pellicea distincta stellis,

19. Cilicium spinis hispidis horridum, intextum

20. Nudi pedes.

21. Basis quadra, è quâ per

22. Os leonis effluit

23. Fons.

24. Draconis duplex caput elifum sub base.

25. E fonte aues, & variæ sera è sylud circumsusd erumpuntes, bibunt.

26. Stat hac imago ad rupem in modum theatri excisam, in qua

27. Multi specus, & in ijs capita, in quorum

28. Ore schedula cum Væ inter ignes.

1. 2, Prait Christum nasciturum Ioannes.

3. Christi aduentus.

4. Gratia in Ioannem diffusa, eumque illuminans;

5. Excellens pra ceteris sanctis sanctimonia.

6. Eximijs vertutibus illustris.

7. Vox in deserto.

8. Martyr occidit.

9. Vis inuicta, in agendo, & patiendo, nec quidquam reformidans.

10. Suauitas in probos; seueritas in improbos.

II. Concia

139 11. Concio suauiser pijs adspirans Dei gratiam, & rgit sanctitatis amorem. 12. Arguendi aculeus. em-13. Agilitas agendi è iciunio, & leui victu, ac vefinu. qua 14. Aquam sui baptismi infundit, 15. In animas salutis sua sitientes. 16. Verbo, & exemplo illuminat, inflammatque 14113 auditores. 17. Locustis vescens, & agresti melle, meruit in deserto dicere. Ecce Agnus Dei, eumque ostendere. 18. Castitas adstringens mores, & cupiditates. Vnde pulchra virtutum ornamenta emicant 19. Asperum sagum, vnde pulchrior efflorescit san-1454 Aimonia decor, & nitor. 20. Paupertas in solitudine. etri 21. Constantia. 22. Magnanimitas in arguendis Scribis & Herode. 23. Eloquentia è perenni concionandi studio; siue, conscientia puritas. 20. Peccatum primauum in vtero Elisabetha exstinctum, & id, quod actu committitur. ns; 35. Homines probi, & improbi, pra pænitentia volentes aquà ablui. 26. In deserto Ioannes agit inter asperas cautes in spelunca. 27. Ioannes vox, è qua fama, vt Echo, voces gemido nat concaun in locis. 28, Mina cia

140

28. Mina de aterno incendio; quibus aduenarum aures personat; saxea corda emollit. & ad scelerum dolorem excitat.

# NOT E.

4. Radius. In vultu prudentis lucet sapietia Prou. 17. Chalda. Vultus prudentis hilaris in sapientia. Et id quidem semper è perenni bona conscientia testimonio. Et inde gaudiu, quod è corde ceus fonce purissimo, in vulture, prasertim in oculos, ceu geminum anima speculum, se transfundit, & indidem hilari cum adspectu pellucet. Qualu perpetua hilaritas in Luciano, Antonio, Basilio, & quod mirêre, in sancto Romualdo, qui totos ipsos 100. annos sub asperrimo cicilio, ac parce & duricer vinens summa cum vultus hilaritate decurrit. Vti & Deicola Abbas, qui vbi rogabatur, ecquid causa, cur semper tam sereno effet vultu? respondit: Quia Deum, cui vbiuis inhæreo, nemo mihi eripere possit. Quid ergo in Ioanne Baptista, qui Deum nonnunquam manu, sape oculis, semper animo tangebat, eique quam proxime se adiungebat, existimabu?

5. Corona. Non surrexit maior inter natos de muliere: tum quia sine vllo agnata noxa natus piaculo, tum etiam, quod inde sequitur, eximià morum innocentià floruerit. Vnde Hisronym. 22. epist. ad Eustoch. Principium Monachorum indigetatur. Sic & Cass collat. 18.6.6. & Chrysost. videtur; vt & cateris santiu, ceu regia dignitate, prasulget.

7. Phlio-

7. Philomela. Mera vox suas alumnas numeros canoros ipsa ceu magistra ab alto, in arbore edocet. Sic & loannes Vox in deserto erudit suos discipulos, & docet Christum (qui est Verbum aternum, & in quo omnis virtutum concentus) eloqui, & imitari.

9. Adamas malleus vniuersa terra diabolus Origen. Ierem. 3. dicitur. Sed qui Viros sanctos vei adamantas frangere nequeat. Ideoque Deus Ezechieli, dabo faciem tuam, vt adamantem. V tnon timeas, quod minantur, ipso suo ferro duriores hostes, nec vili dolori succumbas. Annon & ea Ioannis inuicta magni animi fortitudo, qui eodem à Christo suaves sibilandes datas, quo & cruentas Herodis minas excepit vultu, & neutiqua ab suo consilio, cui inharebat obsirmatus, dissilyt à Deo? unde & cateri exemplum transsumere, sibilandi duxere, prasertim magnus ille Basilius, cuius hoc ab suo contubernali Nazianzeno elogiu imitabatur; natura laudabilis, percutientibus factus adamas, dissidentibus magnes. Porro adamantes merces sunt Regum Lusitania, quorum vnus instar nucis venyt 60. M. aureorum.

At Ioannes non vulgaris adamas; sed eximius. Qualis ille quem Carolus Audax amisit in pralio contrà Heluetios, & qualem habebat Solymannus; & Isabella Clara Eugenia coniux Alberti Archiducis Austria & Belgarum Principis. Quorum smagulis pretium 100. M. aureorum. Nota est adamantis vis, & quasi foret panè indomabilis. Ideoque Summus Iudaorum Ponttsex ter in anno summis sessitis pectori suo pratexebat adamantem. Si purus

1 1

13

peccato foret populus, & Deo gratus; hilari luce enitescens emicabat: sin autem Deo inuisus; quasi quodam nubilo obsolescens lugebat. Certe Summus Pontisex Romanus, dum solemni ceremonia facit, crucem ex adamantibus pectori pralucet, vt sibi in agendovis summa & in patiendo sit inuicta. Ideog, id Cosmo Medici symbolum. Sed in nostro Ioanne quasi peculiaris ea patientia effulsit in totius vita laborioso ac molesto decursu, & tam cruento occasu.

lu

8 la

1

n

li

di

41

11. Rosa. Rosas loqui, Prouerb. Vii & melle. fluens oratio; qualis Nestoris, de eloquentia di-

citur.

12. Apes. Apis Attica Prou. mira dicendisit suauitas; vt aures, animosá, influat. Sed nec desit aculeus, quem ysdem, vbi crimen arquit vates, vt insigat, & voce facundissima & potentissima acerri-

mos pænitentis animis inurat dolores.

13. Humeris. Alas adycit animo ieiunium. Corpus enim quod nulla grauatur crapula, pura mente perspicit omnia; promtins capit; & agili corpore, quidquid libuerit, expedit, atque alacri animo ilica suas functiones exsequitur. yasho enim maxeia un tixlei hemlov voov pinguis venter non gignit sensum tenuem.

14. Dextera. Baptismus Ioannis esto per se mullam infunderet gratiam; tamen erat pænitentia professio, qua gratiam reis conciliaret, & ideo calo dignos redderet

16. Læuâ: Lucerna ardens exemple, lucens predicationis verbo. Greger. 11. in Euangel Tantú lucere,

lucere, vanum; ardere tantum, parum; ardere, & lucere, perfectum. Bern, in Psal. 16. Vt autem lucerna in templo coram tabernaculo ardebat, sic & loannes lucerna coram Christo; cui oleum Spiritus sandus infundebat. Quin & vti Regibus Persicu, & Romanis Imperatoribus praserri solebat ignis, siue lumen in singum maiestatis; sic & loannes Regum Regipraluxit; ad cuius imaginem elucere visus Athanasius Qui oculus mundi, præses sacerdotum, dux virginum, & confessoru, Vox sublimis, sirma sidei columna, post Ioannem Baptistam secunda lucerna, lucens, & ardens. Nazianz. 21. orat. de laud. Athanalucens, & ardens. Nazianz. 21. orat. de laud. Athanalucens.

17. Torquis. Insigne nobilitatis, qua & in Ioanne, à parentum gloria in ipsum transmissa, elucet; tum
à nobili generis Aaronici splendore, tum à sanctitate parentum, & sua. Pulchrè de hoc pulchro bono Ambros.
lib. de Noë c.4. Probi viri genus, virtutis prosapia
est. Vide ibi plura. Vti Burgundicus torques è silicibus
aureis & ignilibus; Francicus S. Spiritus, è cochleus
aureis concinnatur: quidni & ex apibus, & locustu aureis possit torquis detexi?

18. Zonà instar Elia sese accinxit, vt aculeos, & cilici setas corport arctius apprimeret & lumbos strituis coërceret in maioris doloris augmentum, & inde in calo clariorem mercedem.

19. Ciliciü. De virtute animæ habitus loquitur. Ita Chrysost. sic Hilarion, Antonius, Paulus, Martinus, Clara (& quis non sanctorum?) asperrimis cilicüs inhorruit, vel certe rudi sago sese pauper inuoluit, aut veste ad modestiam composită, mentis sua interiorem habitum

uce

uafi

nus

cit,

2 272

id

rafi

ioso

le.

di-

fit

esit

vt

Y/m

98 a

H=

e,

ca

Kr

ms

fe

10

lo

15

144 bitum, vti Augustinus, palam oftendit ? In parco enim, victu, & vestitu nescio quis sanctimonia splendet nitor, & anima interior translucet decor. Contra verò quis no dicat cum Augusto, modesto principe : Vestitus infig. nis vexillu superbiæ, & mollis nidusest luxuriæ, Et tamen molles isti, & (si Dis placet (quinti Euan. gely pracones non crubescunt S. Ioanni vndulatam è pilis camelorum vestem attexere! Vei suauis ille ab olla Vulcania & orci figlina Chytraus; de quo vid. Canif.de corruptel. Verbi Dei c. 2. Quasi verd toannes tamquam alter Adonis è Veneris sinu prodiens in desertum, sub delicata & molli tunica inceperit intonare, & ad asperrima pænitētia exercitia fractos delicijs, animos, ante ijs ipse fractus, studuerit excitare. Qua an austero illi solitudinis inquiline, & quasi saxeo inter saxa homini conuensant, prudens lector iudicabit, & an nou potius hac illis adscribenda, qui è plumei tori tepido nido, ab vxorcula sua latere, & infantium pulisbus ilico ad pulpita, adhuc semisonnes, convolant: vt suo, quafi S. Ioannis exemplo, ad pointentia, cilicia, flagella, & alia asperiora è peccatorum periculo excitatos suos auditores boni viri inflamment. Natua, Mi Christe, inter tot arumnas pavientissime, infelix religio! cui, ni tales inter vxorias lites, & illecebras, pueriles eiulatus, & risus, ludosque, è quinto euangelio vliimis saculis Apostolos reservasses; profecto santtisima sponsa tua sub sole vestigium exstaret nullum; nec vilus vipiam existeret, qui arctam at cœlum via aperiret Belli homines, & festini suauiludg!

21. Basis. Quadro lapidi comparat Aristoteles Vi-

23. Fons.

po

tor

fui

di

per

gts

1201

M

pe

tib

dis

nit

1825

UNIVERSITÄT: BIBLIOTHEK PADERBORN 23. Fons, hocest, vel Baptismus, cuius, quoad potuit, amorem pænitentibus effudit Ioannes.

Vel Lympida. E pura conscientia perspicuius nitor; unde gaudy perennitas. Via enim semper sonii suus adfluit liquor: sic & probo suum perennat gaudium, esto res circa eum mutentur. Plutarchus.

24. Draconis caput. Plerique censent primum peccatum ante natiuitatem ab Adamo transsusum: quo exstincto ante partum (vt in Sancto Ioanne,) non est, quod multum noceat; de quo dixeris, quod de Mithridate iam victo Florus: Obtrito capite se pentem cauda minari. Sed non nisi minari.

Porro biceps draco, ob peccatum, quod à paren-

tibus agnascitur; & à nobis patratur.

Item biceps, quia in co culpa, & pæna, sine mors.

27. Multispecus. Concanaloca aptaregignen-

28. Væ. Ioannes identidem intonat: Agite pœnitentiam. Vt eius exemplo S. Nicon omni concionis inițio increpabat.

## CENOTAPHIVM.

Vatum Primo & Postremo, nusquam & vbig, sepulto.

P. M. S.

Hic IACET; NON IACET, Ille Coelestis Homo, & terrestris Angelus.

In

nin.

s no

fig.

1æ,

ptu

olla

( de

am

fub

er-

018-

018-

320

07=

ta,

19985

era

li-

10,

ta=

ij!

gu

19.